pulerunt, per Basileam visere etiam Genevam. Hos
tibi, si venerint, dignos tua benevolentia com-
mendo. Vale vir clarissime, et me quod facis ama.
Dominus te diu incolumem ecclesiae servet, et
sanctis tuis laboribus indies benedicat. Saluta
ex me D. Polanum amicum et hospitem meum
suavissimum. Salutant vos officiose collegae mei.
Heidelb. XXVII. Julij 1597.

T. T.

D. Pareus.

299] Clariss. D. Polano D. Pareus S.

Spalecium et Wilhelmum nostrum, fra-
ter in Christo honorande, nolui vacuos
ad vos dimittere: quanquam, quod ad no-
stra, pro viva epistola esse poterant.
De reformatione Bavarica nihil inte-
rim a nostris accepimus, nisi quod deca-
logi integri usus in Marchiana schola sit in-
ditus, et stentores adversarii non cessent ex
cathedris plebem in nos inflammare, dum
nostri cunctanter rem agunt. Si vidisti re-
sponsum germ: cujusdam Conradi Ostman adver-
sus meum ἀνταπόδειξιν, id Schopperi esse nunc
cognoscitur, cujus pag. 73. Electori nostro per-
fidiae notam non dissimulanter impingit; ea
res brevi credo in actionem veniet. Idem
ante biennium catechesin Lutheri in more
Lipsiae evulgavit contra authoris mentem
ita varie interpolatam et corruptam,
ut sperem hanc causam solam ad infelicis-
simum hominem exturbandum satis fore.
Interim de reditu illustrissimi silen-
tium altum: et minus sperandum, ob

tem passim in vicinia non serpentem sed pro=
pè grassantem, cujus mali semina etiam in
urbe repullularunt. Ea res curiam illustrem
Onoltzbaci adhuc detinet. Inde D. Porthium 4. Idus Jun:
vitâ functum, et ex eo Nicro huc advectum quarto post die sepe=
livimus. Pestem fugerat vir optimus sed non mortem.
Idem accidit D. Caspero Agricolae, qui Ladeburgi 10. Maji
vitā clausit, quo contagii metu bonus senex in secesserat,
natus jam annos 74. eodemque Nicro ad sepulturā huc
relatus. Ita uno propè anno Pithopoeum, Opsopoeum, Kime=
doncium, Porthium, Agricolam amisimus, quantos viros!
Ad Egram lustratio copiarum Franicarum hoc men=
se fiet, ad quam cum Electore nostro Marchio dicitur
venburg. spectatur. Rumor sparserat de recuperato
Zigestro et nescio quibus gestis nostrorum in Hunga=
ria, sed metuo, ut verus. De Ambiano à Gallis rece=
pto Berna etiam ad me scriptum, sed non magis
verus est ut videtur, nostri enim Galli nil habent.
Silesiorum equitatus 1500 jam ad Transsilvanum pro=
cessit. Sed cogor manum de tabula, opinione magis
festinante Spalecio. Excusabis me igitur salutatione
praemissâ D. Grynaeo, quod nunc non respondeo. Caspa=
rus ejus nepos valet et frugi est. Vale, amicissime
frater, cum conjuge, et nos ama. Resalutant te meq,
cum uxor mea et filii Heidelb. 4. Idus Julii ao 1597.

T. T.

D. Pareus.